

Et quibus adiuti tam magnifice se exercent
 ut rectore indigeant prohibente inardescunt
 enim in amore dei in quo sese in magnis ex-
 ercent operibus cunctaque difficulta sancti cer-
 tamini appetunt acceptis contumelijs gau-
 dent. flagrant desiderio subtrahere gratias non
 torpescunt sed forti conatu hec eadem agunt
 sine gratia que alijs vicibus cum gratia ope-
 rantur. hec et similia tam strenue exercent
 res ut bona in habitu transeant et vitia ener-
 ventur. que et si interdum caput exierint ex-
 ufflantur et minime curantur. et quo sit ut
 cum in his perseverauerint bonis et malis
 intus et exterius feliciter dominantur. bonis
 dico ut ad manum ea cum voluerint habe-
 ant. malis autem ut ea sine rebellionem amo-
 ueant. ut de exterioribus et interioribus dici
 de eis valeat illud ioseph Gene. Ipse do-
 minatur in tota terra egypti. mundum cum
 suis honoribus cum suis diuitijs et alijs ap-
 pendicjs sub pedibus conculcantes. de qui-
 bus adhuc dicit bern. Habent sensus suos
 exteriores non duces sed seruientes. interio-
 res sobrios et efficaces habent etiam omni-
 no domum et familiam cogitationum suarum
 sic ordinatam. ut dicant huic vade et vadit.
 alij veni et venit. et seruo suo scilicet corpori.
 fac hoc et absque contradictione facit. tales er-
 go et taliter viuentes. greg. ordinat ad domi-
 nationes dicens Sunt nonnulli qui sic in
 semetipsis cunctis vicjs dominantur ut ipso
 iure mundicie dii inter homines vocentur.
 quo ergo isti quorum compatione ceteri ho-
 mines (ut ita dixerim) serui sunt. nisi inter
 numeros dominationum currunt. ad quorum
 consortium et cetera.

XC

De eodem sermo quartus.

Qui vicerit dabo
 ei sedere mecum in throno meo ap-
 ost. et dicit ihu. Illi angeli in quibus est lin-
 gulariter rectitudo diuini iudicij throni nu-
 cupantur. a throno dei eo quod deus in eis se-
 deat et iudicia sua discernat. et cuncta subie-
 cta per illos disponat. Expediis ergo in pri-
 oribus ut cunctis exercicjs quibus ad singu-
 los ordines de quibus dictum est perueniam?

Nunc dominus salutem nostram deside-
 rans proponit nobis thronos. tanquam or-
 dinem iterum altiorum ad quem post pre-
 dicta conandum et suspirandum nos alli-
 cit in verbo proposito dicens qui vicerit etc.
 ac si dicat. Qui vicerit priora dabo ei id est
 propono ei ut altius iterum perueniat ut in
 ordine thronorum mecum habeat mansio-
 nem. ad quem qui conatur et peruenire de-
 siderat. oportet eum vitam suam iterum al-
 tius instaurare et vestire thronorum virtu-
 tibus vitam suam. ut sicut illi pre ceteris in-
 ferioribus habent perspicaciam cognitionis
 in indicando quod iustum et equum est. sic
 et nos ad imitationem eorum discamus in
 iudicando iustum iudicium exercere. Et pro-
 ordo. quia in predictis didicimus vitam no-
 stram perficere ad perfectionem absolutam
 nunc perfecti in nobis facti debemus alia iu-
 dicare testante apostolo qui ait prime Cor-
 ij. Spiritus dii iudicat omnia. unde quia
 diu sumus imperfecti dicitur nobis illud.
 Ecclesiastici. Misere anime tue placens
 deo. postquam autem perfecimus vitam no-
 stram dicitur nobis illud Ecclesiastici. Recupera
 proximum tuum secundum vir-
 tutem tuam. Si ergo cupimus ad throno-
 rum consortium peruenire. omnia ad regu-
 lam iusticie per cognitionis perspicaciam
 iudicemus. **¶** Hec autem omnia
 triplici differentia continentur. iudicantes
 enim demus deo equitatem. nobis vilitate
 proximo pietatem. contra hec enim tria scilicet
 deum nos et proximum omne iudicium in-
 stauratur. Primo dico in indicando cau-
 sam dei. demus ei in omnibus que patimur
 equitatem. dicentes non solum voce oris sed
 omni cordis affectu illud ps. Iustus es do-
 mine et rectum iudicium tuum. subiungen-
 tes illud Gene. xlij. Merito hec patimur
 quia peccauimus in fratrem nostrum scilicet
 iesum christum. quem non imitatur imp-
 perium eius portantes ut iubemur. hanc
 considerationem habebant omnes antiqui pa-
 tres de iudicio dei. quorum vnus scilicet da-
 niel dixit. Tibi domine iusticia nobis autem co-
 fusio faciei. Hinc greg. Deus qui benigne
 addidit hostem neque iniuste cruciari permittit.

nec finit neglecte perire quod est. qui etiam hoc quod non fuit benigne curauit. ut esset. **S**ic ergo semp nostra consideratio quod nihil iniuste patimur. quia si deo auctore sumus qui nihil finimus deo regnante non affligimur iniuste qui sumus. **S**ecundo iudicem? nos metipsum. attribuentes nobis in omnibus uilitatem. et luce diei iudicantes nos indignos sicut abraham loquens ad dominum dixit. loque ad dominum meum cum sim cinis et puluis: **P**ater factus sum et usque tota die consistans ingrediebar. **J**er. ij. **E**is. vij. peccata nostra multiplicata sunt super capita nostra et iniquitates nostre exaltate sunt usque ad celum. **A**d hoc iudicium nos trahere cupiebat dominus cum **B**at. dicebat. **L**u feceritis omnia que precepta sunt uobis. dicite serui inutiles sumus. quod debuimus facere non fecimus hinc bene. **D**iligit deus animam que in conspectu eius sine dissimulatione diiudicat semet ipsam. idque iudicium non nisi propter nos a nobis erigit. quia si nos metipsum diiudicauerimus non utique iudicabimur. **T**ercio iudicemus oem proximum in deuota pietate oia proximorum facta pie et caritative interpretautes et in bonam partem diiudicantes. in qua seruabimus nature et scripture mandatum quod de proximo nobis precipitur. obseruandum. si quod nobis non vis fieri alteri ne facias quod si proximo ut nos diligimus. hunc in bonis sicut nos iudicari cupimus iudicamus. unde in lege precipitur. **E**qualis ponderis erunt oia ut uicem in bonis iudicemus proximum sicut nos. et in malis iudicemus nos sicut proximum iudicamus. **S**i ergo seruabimus uilitatum iudicium inter nos et deum inter nos et nos et inter nos et proximum regulam domini iudicij pro nostra possibilitate obseruantes merebimur sedere in thronis cum domino de quo legitur. **D**eus qui sedes super thronos et iudicatus equitatem. **I**tem est aliud iudicium quod merebimur ad thronorum consortia sublimari. si scilicet per spiritum ueritatis tanto sumus ueritatis luce illustrati ut profunda queque uel ex defectu uel profectu hominibus pronemata lamus per discretionis spiritum sapienter discutere et ueraciter diiudicare. quod proprie ad rectores ecclesie pertinet quorum iudicio sta-

tur et per omnia consentitur unde eisdem rectoribus precipitur. **L**eu. x. ubi dicitur quod debeant habere scientiam discernendi inter sanctum et profanum inter pollutum et mundum. nam ut ait apostolus. **i. cor. ij.** Spiritus omnia scrutatur etiam profunda dei de his ergo qui ad ordinem thronorum ueniunt di. greg. **S**unt nonnulli qui dum se vigilantia cura diiudicant dum se sollicita intentione discutunt. hoc in munere accipiunt ut iudicare recte oios possint. quorum profecto mentibus domini diuina contemplatio preesto est in his uelut in throno suo dominus presidens aliorum facta per eos examinat et cuncta mirabiliter de sua sede dispensat. **Q**uid ergo isti nisi throni sui conditoris sunt. uel quo nisi ad superiorum sedium numerum ascribuntur per quos dum sancta ecclesia regit plerumque de quibusdam suis infirmis acibus alij iudicantur. **A** **S**equitur octauus ordo scilicet cherubin sursum ascendendo qui plenitudo scientie interpretatur in quem a thronis illi homines promouentur qui per gratiam promouentem et per affectum intime deuotionis conantem. ad plenam et perfectam scientiam promouentur. plenam autem et perfectam illam scientiam dicimus quam do omnia exercitia ad deum pertinentia scimus ad faciendum et cum hoc afficimur ad uolendum et ad supremum dei beneplacitum exercendum uerbi gratia. **S**i contingat esse in uelut in diuitis in paupertate in humilitate in actione in tribulatione in obedientia in patientia. hec omnia ad perfectam dei uoluntatem et ad supremum eius beneplacitum faciamus. **H**anc scientiam paulus gloriatur se habuisse ad **E**phe. iij. scribens cum dixit. **E**go didici in quibus debeam sufficiens esse. scio enim humiliari. scio abundare ubique in omnibus institutus sum. scio satiari et esurire et abundare et penuriam pati. omnia enim possum in eo qui me confortat. **N**otabiliter autem hec duo simul coniungo scilicet scire et uelle facere et afficere quia multi multa sciunt ad que tamen facienda non afficiuntur et ideo talis scientia non est plena. de quibus iterum dicit apostolus. **i. cor. viij.** **Q**ui se putat aliquid scire et nondum scit quomodo oporteat eum scire. **A**c si dicat illius uana et inutilis est scientia. **I**n his ergo

duobus plena et perfecta constat scientia neutrum aut sine altero. quia scientia inflat sine affectu. affectus vero sine scientia precipitat. **H**inc bernardus. Quo zelus vehementior pro filio quam caritas. eo vigilantiori opus est scientia que celum ter. spiritum regat ordinet caritatem. **B**erardus autem hanc plenitudinem scientie secundum omnem ambitum describamus. sciendum quod ex triplici bono conficitur scilicet ex affectione: electione: operatione. **P**rimo dico quod constat ex affectione spirituali scilicet quoniam singula nobis sapiant sicut sunt. **T**unc enim dicitur sapientia. id est sapientia quod contingit cum peccata nobis sapiunt tanquam pessima mala. **T**alia vero tanquam vana caeca et prope nulla. deus vero et eius bona tanquam optima. de his dicit bernardus. Inuenisti plane sapientiam si peccata tanquam pessima mala contemnas. si huius vite desiderabilia percipias si eternam vitam toto desiderio concupiscas. **S**ecunda pars huius plene scientie constat in electione. ut secundum iudicium sapientis elegimus quod sapor optimum iudicauimus contemptu contrarium: verbi gratia quia sapientia iudicat animam corpori. eternitatem temporali. deum qui est bonum optimum bonis transitorijs preferendum. statim ad iudicium sapientis bona malis preferamus pariter et eligamus. eorum contraria tanquam abominabilia respicientes bernardus. **I**n bene affecta mente non dubium quin dilectioni hominum dei dilectio preponatur et in hominibus ipsis perfectiores infirmioribus celum terre. eternitas temporali. anima carni iusto ordine preferatur. **T**ertium constat in operatione ut videlicet manus applicemus ad opera laborantes et operantes omni diligentia et conatu ut que bene sapiunt et que ex iudicio veritatis tanquam optima sunt electa ex dei misericordia et nostris meritis consequamur. **N**am ad consequendum ea que affectus sapientis optima iudicauerit. vel que electo approbauerit. non sufficiunt priora duo scilicet affectio et electio. nisi eisdem operatio adiungatur. **C**onsequitur nonus ordo videlicet Seraphin. qui ut ait ysaiah. ardentes et incendentes interpretantur. **I**lli ergo homines ad hunc ordinem assumuntur. qui ex merito scitatis in diuino amore vehementer ardent. et ex igni-

nis verbis suis tanquam ex scintillis alios sibi accendunt. **H**unc autem ardorem superni angelus scilicet seraphin ex causa triplici sunt consecutus. scilicet ex immediatione approximatione nobilitate dispensatione. **P**rimo dico ex immediatione quia inter eos et deum nulli angeli intermedij sunt locati. et ideo flamma diuini amoris immediate tangit eos. **S**ecundo seraphin pre omnibus alijs deo sunt proximiores. scimus autem quanto aliquid igni est proximum. tanto vehementius inardescit. et quanto aliquid quod capax est lucis proximum est luci tanto lucidius et clarius emittit. **T**ercio pre omnibus ardent ex nobilitate dispositione. quia diuino igni ratione naturali quam gratuita dispositione sunt conformiores. et ideo ex diuino igne sunt ardentiores. qui ergo tanta deuotione flagrat ut ad ordinem seraphin possit hanc vitam cupiat collocari. oportet in hoc necessarium est ei in hac vita diuino igne inflammari. ut in deo totus ignitus ad edificationem proximi verba ignea tanquam scintillas proferat. ex quibus et ipsi accensi in deo ardeant sicut hi qui verba diuini ignis scilicet iesu christi audientes dixerunt. **L**uca. xxiij. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis dum loqueretur tibi. **A**d quem ardorem consequendum oportet nos predicta tria vite nostre inserere ut videtur per immediationem approximationem dispositionem domino inhaerere. **P**rimo ergo domino immediate adheremus. si omnia que sugillant conscientiam ratione de vitis quam de peccatis de medio tollimus. quibus sublati deo immediate coniungimur. quia nihil nos preter solum peccatum a deo diuidit. **H**inc ysaiah. Iniquitates nostre diuiserunt inter nos et deum. hinc Gregorius. Anima que peccat a deo se diuidit. quod si peccatum tollitur immediate deo adheret. eo quod deus vicinior sit anime quam ipsa sit sibi ipsi. **S**ecundo coniungamus nos deo quanto proximius possumus quod per intimam contemplationem et per intimam deuotionis fieri potuit quam quanto altius in deum erigimus tanto ei vicinius coniungemur. hinc bernardus. Accedite ad eum et illuminamini. **I**tem leuiticus. Sanctificabor in his qui appropinquant mihi et appropinquate deo et appropinquabit vobis.

Tercio ardebim⁹ in deo ex nobiliori dispo-
sitione. sicut patet in materia ignis. quanto enim
ligna sunt aridiora et ad comburendum disposi-
tiora: tanto ignis flama tribuit lucidiores.
Sic ligna diuini ignis bona sunt opera et vir-
tutes. quae quanto sunt plura et aridiora ab om-
ni succo carnalitate deo exhibita: tanto ad ar-
dores diuini ignis erim⁹ dispositiones. quia
sicut dicit Sapiens. ubi non sunt ligna ibi de-
ficit ignis. De quo ardore dicit veritas. Ignem
veni mittere in terram. et quid volo: nisi ut ar-
deat: Quam nobis etc.

XCI. De sancto Dionysio et socijs eius.

Reddet deus mer-

cedem laborum sanctorum suorum. et de-
ducet illos in via mirabili. Sapi-
ens. Dicit Gregorius. Si delectat mentem magni-
tudo premiorum non deterreat certamen laborum.
quia ad magna premia peruenire non potest nisi
per magnos labores. Si ergo delectat lo-
cus celsitudinis: prius exerceat viam laboris.
quod ut ait Bernardus. Satis delicata est miles qui
cupit victoriam sine pugna. **E**t in ver-
bis ergo positio tria per ordinem sunt dice-
nda. scilicet de reddendis aptitudine. laboris mul-
titudine. mercedis magnitudine. Primo di-
cto dicendum est de huiusmodi reddendis apti-
tudine: hoc est si aperte dicat regnum reddi. Dicitur
enim reddo quasi redo. id est iterum do. Pro-
pter quod sciendum quod regnum celorum est triplici-
ter datum. scilicet in prima creatioe. in redemptio-
ne. in fidelium et electorum auolatone. Primo di-
cto datum est nobis. id est electis regnum celorum in
prima creatioe. ad hoc enim conditi fuerunt pri-
mi parentes: ut per eos et omnem suam poster-
itatem deus angelorum ruinam restauraret. ut
secundum Augustinum. tot homines assumerent ad lapsus
reparandum quod angeli ceciderunt. sed secundum Gre-
gorium. tot ascenderent quot remanserunt. nec plu-
res nascerentur: nisi quot essent assumendi. di-
cit enim Gregorius. Si primi parentes in sua
innocentia persistissent nullus reproborum natus
fuisset. Ex his ergo luce clari⁹ patet quod ad hoc
conditi fuimus ut celum deberemus imperpetuum
possidere. Hinc Iacobus. xv. dicit. Veni-
te benedicti patris mei etc. usque: quod vobis pa-
tratum est ab origine mundi. Hoc ergo regnum

a deo nobis in prima creatioe datum: in la-
psu primorum parentum perdidimus omnes: ut
infra multa milia annorum nullus vnquam ad il-
lud perueniret. Unde Bernardus. Quia in
Adam omnes peccauerunt. ideo etiam in eo da-
nationis sententiam omnes acceperunt. Deus
itaque misericors nostri ut ait Bernardus. dixit pro-
pter me creaturas suas perdidit. Pater enim
duas tantum nobiles creaturas fecerat ratio-
nis participes: capaces beatitudinis. ange-
lum videlicet et hominem. et propter me perdidit
angelos multos et homines vniuersos. No-
ui tamen ait filius in affectu malicie transisse
angelos. et ex hoc nullam eis parere viam rede-
undi. quoniam noui supbia. Et Iobab quod super-
bus est valde. et supbia eius remedium penite-
ntie non admittit. ac per hoc nec venie: ac per
hoc nec peruenire ad noticiam humilitatis mee
in illa scilicet supbia postea creaturas in fecerat.
innuens ex hoc redimendum adhuc hominem
quippe quae aliena supplantant malicia. et
ideo ei etiam potest aliena charitas.
Veni ergo deus et pro morte suam regnum ce-
lorum in prima creatioe datum nobis et statim
post lapsus perdidit: nobis reddidit. ut quicum-
que per baptismum in morte eius baptisati sint
et nulla peccata actualia addiderunt: in virtu-
te eiusdem passionis si moriantur: statim auolat
et appetit inueniant regnum celorum. Dignum quip-
pe iudicauit dei clementia: ut qui per aliorum
culpam regnum perdidimus: per aliorum etiam la-
bores nobis redderet. Unde Bernardus. Iustus
est ut quae aliena culpa ligauit. aliena iusti-
cia soluat. quod dicitur ergo venati in baptismo et
participes facti passionis christi actualia non
apponamus. si sic decedimus: accipimus donum
dei: hoc est regnum celorum quod gratuito nobis
dedit: perueniens nos sua inclita bonitate. quod
si in memores gratie dei dorsum deo vertimus:
euntes in prauitate cordis nostri post huius
mundi vanitatem et carnis voluptatem: adul-
teri iam facti peccata peccatis cumulantur: ex
hoc ipso regnum celorum iam bis nobis datum ite-
rum perdimus. nec ultra nobis gratis om-
nino reddi sicut prius. sed erigetur dei iusti-
cia quia sponte et voluntarie perdidimus: nul-
lo cogente et violenter impellente: oportet ut
illud nostris laboribus acquiramus et rehabeamus.